

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Simplicitas a
cum fonte primo

Habeto simplicitatem columbinam ne
cuiquam malum machineris et
serpentinam astuciam
ne cuiusquam supplanteris
insidiis quia non multum distat in
uicio decipere uel decipi.

Augustinus tractans illud: Estote
prudentes sicut serpentes et simplices
sicut columbas.

habeto simplicitatem columbae, ne
cuiquam machineris dolos, et
serpentis astutiam,
ne aliorum supplanteris
insidiis. non multum distat in
uitio uel decipere posse uel decipi
Christianum.

Hieronimus Stridonensis, *Epistulae*, 58,
6, 4 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.536,
ll.10-13).